

AD LECTOREM.

scopum per scientiam atque eruditionem, cui acquirendæ omnem impendunt operam, facilius se pervenire posse credunt, parum interim pensi habentes, quomodo vel suæ, vel aliorum conscientiaë consulatur. Ergone, inquis, ad solidam scientiam aspirare, in vitio positum est? absit hoc! tantum enim abest, ut ad veram scientiam contendere, reprehensionem mereatur, ut potius non rarò sine eâ sine propriaë, sine aliorum conscientiaë succurrere satis vix liceat, id quod imprimis verum esse arbitror de illis, qui SS. Theologiaë suam addixerunt operam, ut vel ad officium sacrum contendant, vel recens ad illud admoti sint, his enim sicut varii obveniunt casus, qui sæpe conscientiam turbant, & variis dubitationibus implicant; ita quomodo se sine scientiâ

tiâ